corrumpuntur. Acida ſaepiſſime paſtu aliquod tempus praeterlapſo ventriculi contenta ſunt, ſed etiam alio quovis modo corrupta, et praecipue jejunis [58]). Ventriculus ſemper male ſe habet, cibos ferre nequit; ſed male coquendo in materiam acidam, aqueam, acerbam, viscidam etc. mutat [59]). Fx hac cauſa praecipue ſalivatio et ſputa hypochondriacorum ortum ducunt, ex quibus proverbium illud: „hypochondriaci ſunt ſputatores [60]). „Quia aciditas ſurgens vaſa ſalivaria irritat, ergo poteſt fluxum ſalivae excitare [61]). Multi dulcem ſputant ſalivam, multi acidam et ſalſam, aqueam ut ab aqua fontana discerni vix poſſit, ructus edunt inſipidos, alii nidoroſos, foetentes et acres, vomitu ejiciunt aquea, crebrius craſſa, viscida, acerba, pontica, ſic etiam ut dentes affricentur, nonnunquam bile mixta." Appetitus mutabilis, ſaepe ad bulimos augitur, ſaepe ad picam vel malaciam abalienatur, ſaepe ad nauſeam minuitur [62]). Palatum, os et lingua obtecta inveniuntur mucoſo tegumento flavo, albo, nigro, guſtus ſaepe amarus, acidus et ceteroquin ex ſecretione alienatus, praecipue jejunis. In duodeno atque ceteris tractus alimentarii partibus, ſimilia parantur incommoda, hic praecipue inflationes omnis generis aegrotum cruciant. Gas illud praecipue, quum ſit carbonico- vel ſulphurato- vel phosphorato-hydrogenicum graves nervorum affectus provocat, phosphorato-hydrogenicum aeque ac venenum

58) Hohenſtock, Ueber Hyſterie u. Hypoch. 1816. S. 54.
59) Highm l. c. p. 62. — Hoffmann med. conſult. Bd 1.
60) Alberti lib. cit. p. 7.
61) Vater, Diſſert. de malo hyp. p. 21.
62) Dict. des ſciences tom. cit. p. 119.

narcoticum ſaepe in ſyſtema nervoſum agit [63]). Flatus foetidiſſimi ſaepe ſunt interdum nullius odoris, ſaepe liberi exeunt, ſaepe aegrotus abdomen manibus premit, ut flatus emittere poſſit. Alvi ductus varietatem oſtendunt ampliſſimam, ſaepe ſtercus eſt craſſum, ſaepe liquidum, ſaepe aquoſum et viſcidum. „Facies bubuli ſtercoris non abſimilis plerumque nigras, terrestres, limoſas et quaſi argilloſas reddunt, (hypochondriaci) pituita viscoſa tenaci permixtas nonniſi acrioris medicamenti ope facultas expultrix rejicere poteſt [64]).“ Quoad tempus alviductus irregulares ſaepe plures in die adſunt, ſaepe vixdum unus in hebdomade, ſaepe regulares ſunt ad tempus et normales ad qualitatem et quantitatem eſſe videntur, tamen faecium contentarum quantitati non reſpondent et clysma vel aliud purgans magnam excrementorum copiam elicit. Alvi obſtructio continuo fere aegrotos cruciat, quae interdum autem mutatur cum diarrhoea. Quae omnia ſymptomata, ad quae multa adhuc accedunt ex erethismo illo nervorum digestionis organorum ſive mere nervoſa, ſeu pendeat aliis ex cauſis, praeſertim quum accedit agilis eorum mutabilitas, qua leviſſimo incitamento provocantur et mutantur, facile explicari poſſunt.

2) De ſymptomatis laeſae vegetationis reliquae.

a. Secretiones atque excretiones. *D. I. L. Schoenlein* de neuroſibus dicit: „ſanguinis mutationes accidentales ſunt ſemperque ſunt quantitativae nunquam qualitativae. Quae de ſanguine eadem de ſecretionibus atque excretionibus dici

63) Richter lib. cit. p. 345.
64) Highm. lib. cit. p. 63.

poſſunt, in hyſteria et hypochondria alvi ductus inveniuntur retardati, faecium materia, quod qualitatem attinet, nunquam mutata eſt[65]); „ ſed in hypochondriaſi ſecretiones et excretiones omni modo tum ad qualitatem tum ad quantitatem mutatas eſſe credo. De ſecretionibus in tractu alimentario ſermo jam factus eſt, quas ex ejectorum ſive per os, ſive per anum varietate in quam pancreatis, hepatis etc. ſecretiones valent, conjectura aſſequi licet. Bilis ſecretionem magni *J. Johnſon* exiſtimat momenti: „bilis ſaepe limoſa atque tenax ſecernitur, ſaepe copioſa, hepate licet torpido; eſt illa tenax et limoſa bilis, quae tam diu in nonnullorum inteſtinis moratur et quae continuo nervos inteſtinales irritat, multosque in variis corporis partibus ſenſus ingratos efficit, ſimulque animi irritabilitatis caſus provocat[66]).“ Saepius autem minuta eſt bilis ſecretio, vel interdum plane ſuppreſſa. Ceterae ſecretiones eodem modo inveniuntur mutatae; urinae fluxum ſubitum et copioſiorem lympidae et aquae, ſignum eſſentiale habent *Sydenhamus*, *Hoffmannus* et alii[67]); notum eſt, talem urinae conditionem ſpasmorum indicium eſſe. „Urina nunc tenuis“ (paroxysmi inſtantis ſemper indicium) „ſine vel cum admodum pravo ſedimento et cruda eſt, plerumque turbida, craſſa, rubra, acris et foetida cum ſedimento rubro arenularum inſtar matularum parietibus adhaerente cernitur[68]).“ Interdum conſpicitur

---

65) D J. L. Schönlein, Allg. u. ſpec. Therapie u. Pathol., von deſſen Zuhörern. 1831 Bd 4. S. 1 und 2.
66) Johnſon, Ueb die Verdauungsbeſchw. ed. cit. p. 26.
67) Dict. des ſciences tom. et art. cit. p. 120.
68) Highmorus lib. cit. p. 118.

urinae ſecretio in hypochondriaſi ad diabetem usque aucta et mutata [69]). Sudores partiales, varii, acres, profuſi, limoſi, foetidi, vel univerſales aegrotum vexant, quibus cutis ſaepe excoriatur [70]). Omnibus in tunicis mucoſis ſecretio mutata eſſe poteſt; in pulmonibus, qua ex re tuſſis provenit, quae autem ex nervoſa vagi in ventriculo irritati affectione gigni poteſt; in antro *Highmori*, in ſinubus frontalibus etc., quare ſaepe tenuis per nares profluit pituita, ſaepe gravedo nares claudit, ſordes aurium, oculi ſecretiones minuuntur, auguntur vel alienantur [71]). Omnino ex catarrhalibus affectionibus hypochondriaci ſaepe laborant [72]).

b. De ſanguinis motu et qualitate. Ex tardo et impedito ſanguinis motu praecipue in ſyſtemate venae portarum plurimae hypochondriacis afferuntur moleſtiae. Omnes fere hypochondriaci ex plethora abdominali ex haemorrhoidalibus morbis laborant [73]), quae ſanguinis accumulationes et ſtagnationes nexu cauſali cum hypochondriaſi junctae ſunt, in quibusque veteres, ut in lienis, hepatis, meſenteriique obſtructionibus, cauſam proximam ſaepiſſime videbant mali hypochondriaci, vid. l. c. *Hoffmanni* p. 4.

Saepe hypochondriaſis mitigatur oribus venarum fundentibus ſanguinem. „Haemorrhoides melancholiam atque lienis morbum curant," jam *Hippocrates* dicit; neque tamen hinc con-

---

69) Richter lib. cit. p. 374.
70) [illegible]
71) Consbruch lib. cit. p. 188.
72) Richter lib. cit. p. 396.
73) Hildebrandt in Hufel. Journ. th. cit. p. 60.

ſequitur, illas obſtructiones mali fuiſſe cauſas; omnes neuroſes per ſanguinem ſaepe criſes inire conſtat, et hypochondriaſis ſaepe per puſtulas ſcabiem etc. curatur. „Attulit ſaepe ad curationem ſcabies foeda, numeroſa aut varix ingens enata, valde tumentium fluxus haemorrhoidum, atrae bilis per ſuperiora et inferiora rejectio [74]).

Motus ſanguinis et ceteroquin perturbantur; pulſationes abdominales in ſiniſtro praeprimis hypochondrio ſaepiſſime exſiſtunt, pulſus valde ſunt irregulares, ſaepe in una arteria radiali aliter ſe habent ac in altera [75]), omnes pulſuum modos et formas ostendunt minimaque animi affectione mutantur [76]); nec cordis motus regulares ſunt, palpitationes aegrotum angunt, ſaepe in cor et vaſa majora ſanguis ſubito repellitur, quo aegroti angore et pallore afficiuntur. Congeſtiones, ſaepius paſſivae, in caput, id quod ex ſola alvi adſtrictione ſaepe fieri ſolet, in aliasque corporis partes, functiones, in quas ſe ingerunt, partium laedunt, doloresque etc. efficiunt. Et cordis ſanguinisque motus reſpirationi tuſſi, vomitu, ſpasmo musculorum vel aliis cauſis, ventriculo nunc flatibus extenſo nunc ingeſtorum copia infarcto, impedita interdum turbatur.

Quod ſanguinis qualitatem et quantitatem attinet facile aducimur, ut ex tantopere perturbata digeſtione, totius foco nutritionis, turbataque ipſa nutritione neceſſario oriri cache-

74) van Swieten.
75) Dict. des ſciences p. 121.
76) Johnſon lib. cit. p. 41.

xiam, vel dyscrafiam, vel certe maciem univerfalem fuspicemur; nonnullique autores eundem hypochondriacum morbum ac fcorbutum, vel fcorbuti caufam habent, quam opinionem habent *Ettmüller*, *Sennert* et alii, „mater fcorbuti a *Barbetto* falutatur [77])," fed quomodo fecretiones et excretiones, eodem modo et fanguinis conditio femper variabitur. Modo ex nimis putridis tractus alimentarii contentis, modo ex nimis acidis vel mucofis accipit materiam affimilandam, quo fanguinis qualitas femper mutatur. Singulae vegetationis partes ferie, ut ita dicam, laborabunt, quum nervi qui praefint vegetationi erethici in minimum quodque reagant incitamentum, femperque alio modo aliisque in partibus irritati alium continuo vitalitatis ftatum ineant. Quare reproductio hypochondriafi raro fpecifice depravatur, nec dyscrafia nec cachexia, ne macies quidem, quae majoris momenti fit, conftituitur. Vix confpicis corpus hypochondriacorum exhauftum, musculos relaxatos, colorem luridum, fuscum etc., qui autem cum fanitatis colore faepiffime mutatur, et quae fymptomata habitus valde funt mutabilia et incerta. Quum vero incitamenta per longius tempus fimilia vel eadem maneant, quum hypochondriacus per longum tempus iisdem aequaliter utitur cibis nocentibus, aut fi ab organico quodam vitio proficiscitur incitamentum, quod proinde femper idem manet, tum faepe fpecificam vegetationis depravationem confpicimus. Quare hypochondriafis quae cum morbis materialibus abdominis, fyftematis venae portarum, lienis,

77) Dict. de fcienc. lib. et art. cit.

hepatis juncta eſt, ſaepe in hydropem, icterum tabem univerſalem etc. evadit [78]).

c. Symptomata quae referantur ad coenaeſthesin. Somatici ſenſus vitaeque organicae ſtatus in unum collecti, quatenus vel ingratae, vel gratae conditionis ſenſum efficiant, coenaeſtheſis nominantur. Inde ſequitur, ut omnes corporis ſenſus omnino huc pertineant, quum omnino ſenſuum ſummam mutent et vel ingratum vel gratum ſenſum generalem conſtituant. Sed ſinguli diſtincte percepti ſenſus ad coenaeſtheſin non adeo referuntur; idem accidit, ſi ſenſus, quorum ſumma coenaeſtheſis conditionem conſtituit, ſinguli considerantur. Inde etiam efficitur ut in hac diſſertatione, quamvis plurimi hypochondriacorum ſenſus ad coenaeſtheſin pertineant, quum non adeo certum, ſed magis conditionis ingratae generalem ſenſum provocent, hi tamen in aliis jam ſymptomatum diviſionibus poſiti ſint. Ipſi ſenſus ſomatici in pſychicis affectibus, qui propter incertitudinem et univerſalitatem nonniſi quoad ſtatum gratum vel ingratum mutatum ſentiuntur, in pſychicis affectibus locum habebunt, non minus, quam illae conditiones quaedam, quae propter incertitudinem, ſi ſpectas ſedem et naturam, animum illudunt. Quum autem ſymptomata quae ad ſomnum et ſyſtema ſexuale referuntur, non aptius alio loco poſſint collocari (dum e contrario ſomnus in affectibus ſyſtematis cerebralis numerari debet), non alienum erit hoc loco de iis diſputare, quum generatim corporis animique ſtatum perturbent magis, quam ſingulis certis affectibus contineantur. Hypochondriacus raro

78) Jahn lib. cit. p 163.

fruitur quieto fomno et reficiente; multi quidem lectum libenter petunt in quo folo quies a cruciantibus animi perturbationibus, fed fomno comatofo premuntur per totam noctem et diei partem et ex gravitate capitis vel dolore laborantes fenfuque debilitatis affecti furgunt, alii infomniis variis vel accumulatione fanguinis vel fluidi nervofi, electrico quafi ictu vixdum foporati aut fub media nocte expergifcuntur, nec rurfus quietem capere poffunt: alii, pedibus frigidis plerumque exfomnes diu in toro volvuntur, locum in lecto identidem mutant, nec unquam tegumenta iis apta funt, quibus infomniae culpam tribuunt, donec tandem fumma nocte fudore erumpente fomnum capiant, multi abhorrent ab lecto, ab infomnia et fomno turbido, qua ex caufa, et quia minime fub nocte fomniculofi fint fed excitati, progreffa demum nocte lectum petunt. Paucos hypochondriacos fomnus placidus recreat, omnino autem hypochondriaci fomnolenti funt per diem multum domiunt, femperque iis eft obdormiendi proclivitas [79])

Syftematis fexualis functiones varie turbatae funt. Ad concubitum non raro quidem adeft cupiditas, fed faepius ab eo abhorrent hypochondriaci praefentientes, quae veneris voluptatem fecutura fit, fatigationem phyficam et moralem; interdum etiam vis deeft coitus exercendi [80]). Ex feminis effufionibus nocturnis, non voluntariis, faepe laborant, faepe minime ad coitum libidinofi funt. *Boerhave* „de fplenicis, quos recen-

---

79) Loyer-Villemay, Dictionn. des fciences. p 135 Richter lib. cit. p. 346.
80) Fr. Hoffmann, Med. oonfult. Tom. V. p. 40.

tior aetas vocat hypochondriacos, ſalaces ſunt," ait, „et per ſomnum ad debilitatem usque ſeme effundunt in initio morbi, nam morbo adult quaſi exſecti ſunt[81])." Quae debilitas ſyſtemati ſexualis partim ex debilitate univerſali profluit tum etiam quod plexus hypogaſtricus conſenſu ali affectione varias irritationes ceterorum ſyſte matis gangliorum nervorum participat, nec mi nus quod ex ſanguine non bene mixto ſemen ir ritans ſecernitur. Urina, alvique obſtructione incitamenta eſſe poſſunt aeque atque ſtagnatione ſanguinis in ſcroti teſticulorumque venis etc.

d. De ſymptomatis ſyſtematis cerebro-ſpinalis nervoſis. Omnino difficultas quae certam ſymptomatum explicationem impedit, non haec eſt, quod neſciamus explicationis viam, ſed quod plures ſciamus vias; ſic dolor capitis frontalis a malo hypochondriaco profectus derivari poteſt ex congeſtione ſanguinis in caput, ex irritante ſanguinis qualitate, ex fluido nervoſo aut in hac ipſa parte accumulato, aut in aliis partibus, ut cerebrum eo careat (hinc dolor frontis, qui ſub digeſtionis labore ſaepe intrat): ex ſympathia vera cum vago, qui in ventriculo irritatur, vel cum aliis nervis, ex pſychicis affectibus etc, ita ut facile dicatur, qua via hic dolor ferri poſſit, ſed difficile qua feratur.

Quod ſenſus attinet, magnus alienationum numerus eſt, guſtus et olfactus ſaepe adauctus, ſaepe minutus eſt et aliis modis alienatus.

Saepe amarum pro acido ſapiunt hypochondriaci, ſaepius ingrati quid pro grato olfa-

---

81) Boerhave, Praelect. medici. ed. Alb. ab Hallero Tom. III. p. 73.

ciunt et ſapiunt: Hypochondriacus omnis generis ſonos audit, ſuſurrus, tonitrus, tinnitus etc. ſaepe tanta vehementia ut ſonos ipſos veros percipere nequeat, maculas conſpicit, puncta nigra, muscas, ſcintillas, flammas; *Zimmermann* ardentes flammas ſulminaque conſpexit [82]). Neque minus vera objecta falſo animadvertunt, feles, mures, rhedas, arbores etc. [83]). Simulque perceptiones has in animum vario modo vim exercere cuique probatum erit.

Dolores obſervantur in hypochondriaſi varii. In cute et in musculis partibusque omnibus dolores rheumatici, ſyphilitici ſentiuntur, cutis ſaepe perſenſibilis redditur, ut levis tactus dolores excitet, ſaepe titillus, pruritus, formicatio, ardor cum frigore alternans ſentiuntur, gravitas et oppreſſio capitis, dolor frontalis atque occipitis qui cum frigore hujus partis ſaepe jungitur, aegrotum vexant, nec non laſſitudo virium modo ficta, modo vera [84]). Singulares musculi non raro convelluntur, convulſiones, trepidationes, ſpasmi tum clonici tum tonici oriuntur; ſpasmi ſaepe locales ſunt et praecipue aegrotum antequam lectum petat, aut lectum vixdum ingreſſum, inſomnem cruciant, femorum, ſurarum et brachiorum musculos praeceteris corripiunt [84]), ſaepe etiam ſpasmi univerſales epilepſiam, ecclampſiam tetanique formas ſimulant, quae ſymptomata *Hildebrandt* ex hyſterica complicatione vel ex complicata

---

82) D. J. G. Zimmermann, De experientia. T. II. p. 509.
83) Richter lib. cit. p. 350.
84) Dict. des ſciences tom. 23. p. 125 et 126.

nervorum cerebro-ſpinalium debilitate pro-
ficisci credit [85]).

Haec omnia ſymptomata e perverſo motu
pravaque ſuccorum qualitate partim gigni poſſunt;
dolores, vertigines, deliquia animi ex hac cauſa
ſaepe profluunt. Quae ſymptomata ſanguinis nimia
detractio, congeſtiones, diatheſis ſcorbutica etc
generant? Spaſmi autem et dolores ex ſanguine
orti centrici eſſe poſſunt et excentrici, quia ſan-
guis in centro nervorum irritationem, dolorem,
et ſpaſmum efficit, aut quia in fibras nervoſas ſen-
ſitivas valet, unde aut dolor ſentitur, aut re-
flexione perverſi excitantur motus; laeſam fluidi
nervoſi aequilibritatem et immediate (ſanguinis
enim perverſus motus jam ex ea partim pendet)
ſymptomata provocare, interdum manifeſtatur;
poſt diarrhoeas, poſt auctas ſecretiones deminuitur
et mutatur ſanguinis maſſa, qua ex cauſa laſſitudo
et virium proſtratio vera ortum ducit; eandem
laſſitudinem ſentimus, quum fluidum nervoſum
in ſyſtemate gangliorum accumulatum eſt, poſt
prandium copioſum ſub digeſtionis labore etc. fa-
cile hanc poſſimus defectionem virium vincere,
quo autem conatu fluidi nervoſi aequilibritatem
magis perturbamus, et multa nobis paramus in-
commoda, (ſic labore tum animi, tum corporis
poſt paſtum ſtrenuo). Quod aegroti interdum gra-
viores nervorum affectus praeſagientem ſentiunt
globum hyſtericum [86]), eo mihi videtur explicari,
quod fluidum nervoſum aequilibritatem magno
impetu reſtituat.

e. De animi affectibus. Syſtema gangliorum

---

85) Hufel. Journ. Bd I. St. 1. p. 35. (cf. 95.) p. 35.
86) Richter lib. cit. p. 353.

„sympathicum", sensus non expers est secundum *I. Mueller*[87]) quamquam *Carolus Bell* secundum *Bichat* dicat[88]) „sympathicum" sensibilitate carere. *Brachet* autem assentit[89]) *Muellero* argumentis strictis. Quomodo haec res se habeat, certum est; systematis gangliorum motus aut ad perceptionem venire eo, quod systema gangliorum ipsum sensibilitate non careat, aut eo, quod gangliis affectis mota et mutata materia organica, sanguinis ad cor repulsio, aut in cutim subita congestio etc.) a nervis cerebro-spinalibus sentiatur; cuum vero in hypochondriasi debiles et erethici reproductionis nervi multas et varias ineant conditiones et motus, quae affectiones ad perceptionem obscure tantum afferantur, animus obscura et incerta perceptione interdum luditur. Huc pertinent variae mentis alienationes e coenaesthesi turbata, quibus aegroti corporis partes ex butyro, corio, vitro etc. constare imaginantur, vel pisces, ranas, serpentes, horologia etc. in abdomine vel aliis partibus se gestare opinantur. Eadem ex causa de doloribus aliisque sensibus incerti saepe sunt aegroti, nec eorum locum nec modum recte significare possunt. Quod coenaesthesis dubiosum obscurumque perceptionis genus, illam de corporis valetudine continuam cogitationem et incertam sollicitudinemque et tantorum et tam variorum morborum imaginationem, quod *Andral* et alii autores praestantissimum habent symptoma hypochondriacum prae ceteris provocat.

---

87) Joh. Mueller lib cit. p. 408.
88) Car. Bell, Physiol. u path. Untersuch. üb. das syst. a. d. Engl. von Bamberg. 1r Abschn. §. X. S. 8.
89) Brachet, Ueber die Functionen des Gangliensyst.

Psychici affectus in systema gangliorum mul-
tum valent, pudore sanguis in cutim propellitur,
ira bilis secretio augetur, angore sanguis in cord
et vasis majoribus accumulatur; ita ut dubium ex-
stare non possit, quin illorum sensuum somatico-
rum, qui affectus psychicos comitentur, maxima
pars ex systematis gangliorum actione pendeat;
nec quidquam apertius est, quam systema ganglio-
rum, praecipue quum ejus sit fluidum erethism
mobilissimum, aliis quoque ex causis talem inir
posse statum, qualem psychicis affectibus ini-
ita ut sensus constituatur, (ejusdem rationis atque
in psychicis affectibus), somaticus, quamquam
non adsit psychica affectio, quae autem hoc in
casu ipso somatico sensu provocatur. Sanguine
ad cor repulso angoris sentimus sensum somati-
cum; quo sensu modo mens quoque afficitur, quae
sibi ipsa monstra fingit, ex quibus angor prove-
niat. Eodem modo si repraesentatio quaedam
vel alia res in animum impetum facit, eoque so-
maticus excitatur sensus angoris, tristitiae etc.
ea hujus sensus pars, quae ex nervis erethicis pen-
det, justo major erit, quo totus animi affectus
augetur; quare hypochondriacus folio crepitante
perterritur. Omnino hypochondriacus, ingra-
tis, deprimentibns affectibus magis tenetur quam
gratis et excitantibus, id quod *Brachet* [90]) ex
passione eorum organorum derivat, quae sub
diaphragmate sita sint, cujus tamen rei aetiolo-
giam *Brachet*, ut mihi videtur, imperfectam
reliquit, *Zimmermannus* hanc rem [91]) melius
exposuit.

---

90) Brachet, Ueber die Functionen des Ganglienfyst
91) K. J. Zimmermann, Verfuch über die Hypochon-
drie und Hysterie. 1816. p. 70.

Hoc mihi videtur confentaneum; perceptionem morbofae vitalitatis conditionis plerumque ingratam fore, et incertam perceptionem quodammodo follicitum et inquietum aegrotum redditurum effe, quare character affectuum pfychicorum hypochondriaci omnino metu et triftitia nititur. Angor, follicitudo, pavor, animus demiffus, triftitia, morofitas, fed etiam iracundia, fufpicio, „rufticus pudor" animi hypochondriaci proprietatem omnino conftituunt. Quod metum attinet bene *Rouffeau*:

Le fon le plus léger le fait transir d'horreur;
Et de fon cerveau creux la membrane affligée,
Du moindre ébranlement fe trouve dérangé [92]).

Perverfa et enormis de corporis conditione cogitatio maxime defignat hypochondriacum; de fanitate fua libenter cum medico, cum amico colloquitur, nec fatigatur moleftiis infolitis iterum iterumque enumerandis et explicandis, et aegre fert, quum amicus aut medicus colloquium fugit. Vix igitur tam mirum videri poteft, hominem tam multis corporis malis conflictantem, cui victus ratio non arctiffime fervata per plures dies ftatim adfert moleftias, qui ante prandium hilaris, poft prandium fubito faepe morofus femper in diaeta peccaffe credat, quem flatus demiffus ex pauperrimo reddat ditiffimum, multum de femet ipfo cogitare. Accedit quod continua perverfa vis vitalis conditio aegrotum continuo afficiat fenfu fomatico inquietatis et follicitudinis, externas autem caufas, quas huic fenfui fupponat, non femper adfunt, in fanitatis ftatu autem continuo novas reperire poteft; qua ex

92) J. B. Rouffeau, L'hypochondre.

caufa etiam tam perverfa et tam propria cogitat
melior enim morbi cognitio reflexionum, qua
omnino jam follicitudine perturbantur, mino
eft fcopus, major ut sollicitudinis caufas vera
habeat. Triftitia, moeror, morofitas, iracundia
cum metu animum hypochondriacum depri
munt, quibus prae ceteris fufpicio additur, que
refpiciens bene *Louyer - Villermay* hypochon
driacum nominat, model à l'auteur du tyra
domeftique[93]), quo illa morofitas, iracundia e
fufpicio bene defcribuntur. Et hilaritas exceffiv
fpes exaltatae, cum deprimentibus affectibus in
terdum mutantur, omnino varietas animi hypo
chondriacis propria eft, de qua *Aretaeus*: „mu
tabiles funt de minimis quibusdam follicili, avari
fed non multo poft fimplices non virtute anim
fed morbi varietate[94]);" quas gratas animi affe
ctiones minus tribuerim auctis organorum, qua
fupra diaphragma fita funt, functionibus fecun
dum *Zimmermann* et *Brachet*; fed potius eo
quod vicem ab ingrato corporis habitu ad gra
tum vehementius fentiant aegroti, explicaverim
Quum hypochondriacus fentiat, animum fuum
ex corpore pendere, quum faepe eo adducatur
ut affectibus exceffivis, iisque fubjectivis (ve
fictis) fe dediffe, unde ridiculus aliis faepe vifu
fit, eum poeniteat, femper animi affectionibu
diffidit, femperque metus adeft, ne ridiculum e
ineptum quid faciat, fimulque ne morbofitate fu
animi ex corpore pendente alii abutantur. Qu
fit, ut in animi non minus quam in corporis fta

---

93) Dict. des fciences med. tom. 23 p. 125.
94) Aretaeus Cappadox ed. Alb. ab Hallero de caufi
et fign. diuturnis mort. Lib. I. C 5.

tum attendat et ut planeoblivifcatur, quem in vita communi et focietate humana obtineat locum; et faepe videbis viros fpectatiffimos minimis caufis pudore rubefcere ficuti fcholares. Quare *Fernelius Ambianus* in aliis „morbi notis" et „rufticum pudorem" enumerat[95]). Et folitudinis defiderium a plurimis fignum hypochondriae effentiale habetur, quamquam non minus faepe praecipue ab adolefcentibus focietates vinumque et omnes amentur abftractiones, ut femet ipfos fugiant. Quum autem fe perverfis animi motionibus cum fodalibus raro confentire fentiant, quumque intelligant victus ratione incauta moleftias augeri et quum eam ingreffi fint aetatem, qua animus omnino libentius occupetur, tum folitudinem petunt et vitam degunt triftem et infelicem. Saepe taedio vitae hypochondriaci pelluntur, ut femet ipfos trucidare velint, fed raro fe trucidant. Omnino hypochondriaci in rebus, quae majoris momenti funt, raro inepte quid agunt, quamquam mente ftultiffimos volvant conatus, tum Americam petere volunt, tum a munere publico recedere fibique ipfis vivere, quod licet res familiares non concedant, clades, quas proximas oftendit imaginatio fugere volunt, faepe viis quibus verae cladesafferri poffunt. Raro autem quae fibi propofuerunt exfequuntur, fibi ipfis nimis diffidentes, quum fentiant id, quod *Louyer-Villermay* dicit: „Le désespoir que l'on remarque dans cette maladie, dépend plutôt de l'état physique que de la dispofition du moral." „Non virtute animi, fed morbi varietate."

95) Fernel. Ambianus, Medic. univerfalis lib. VI. de part. morb. et fympt.

V I T A.

Lingae, urbe Hanoverana, patre *Ferdinando Retenbacher*, matre *Therefia Jeibmann*, fidem catholicam profitentibus, ego *Carolus Maria Arminius Retenbacher* anno 1814 natus fum. Abfoluto gymnafii partim Monafterii, partim Reclinghufii curfu fexenni maturitatis teftimonio inftructus Bonnam anno 1833 me contuli. Quibus ibi interfui praelectionibus, hae funt:

Logicen et Pfychologiam me docuit Ill. *Kalker.*
Phyficen Ill. *de Muenchow.*
Chemiam Ill. *Bifchoff.*
Botanicen Ill. *Treviranus.*
Mineralogiam Ill. *Noeggerath.*
Zoologiam Ill. *Goldfufs.*
Anatomiam artemque cadaverum rite diffecandorum Ill. *Meyer* et Ill. *Weber.*
Phyfiologiam Exp. *Windifchmann.*
Chirurgiam generalem Ill. *Wutzer.*
Therapiam et Pathologiam fpecialem Ill. *Naumann.*
Materiam medicam et methodum formulas medicas concinandi nec non Encyclopaediam medicam Ill. *Albers.*

Bienninm Bonnae verfatus Halas petivi, ubi has audivi praelectiones:

Therapiam et Pathologiam fpecialem me edocuit Ill. *Krukenberg.*
Akiurgiam Ill. *Blafius.*
In clinico medico duce ufus fum Ill. *Krukenberg.*
In chirurgico et ophthalmiatrico Ill. *Blafius.*

Praeterlapſo uno anno Gryphiam profectus, in civium Academicorum numerum receptus a Rectore t. t. Magnifico *Hornſchuch*, apud medic. ordinis Decanum maxime Spectabilem *Seifert* nomen profeſſus ſum. Audivi autem has praelectiones:

Pathologiam et Therapiam ſpecialem, Therapiam generalem, artem Obſtetriciam me docuit Ill. *Berndt*.

Chirurgiam ſpecialem et ophthalmiatricen Cel. *Kneip*.

Medicinam forenſem et artem faſcias rite adligandi Ill. *Seifert*.

In clinico medico et obſtetricio duce uſus ſum Ill. *Berndt*, nec non converſatorio ab Eodem ore latino inſtituto interfui. In clinico chirurgico et ophthalm. duce uſus ſum Cel. *Kneip*.

Quorum omnium virorum maxime de me meritorum memoriam ſemper pio gratoque animo ſervabo.

Examine philoſophico, et tentamine medico cum examine rigoroſo peractis ſpero, ut diſſertatione et theſibus defenſis ſummi in medicina et chirurgia et arte obſtetricia honores mihi concedantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Generatio aequivoca nulla est.

II.

Est vagus nervus sensitivus.

III.

Sympathicus sensu non caret.

IV.

Hysteria et Hypochondria differunt inter ses et saepissime tum in viris tum in feminis conjuncta inveniuntur.

V.

Venae jugularis sectio interdum indicata.